8754

Prosanka **Intromissio**

Ministerialis Regni Generalis Nobilis Benedictus Prosenski au-
thenticus et vicatus officio praesenti bene notus Coram eodem
officio una cum Nobilibus duobus Simone et Sigismundo Prosenski-
mi sibi gratia evidentioris testimonij adiunctis personaliter
stans palam recognovit Quia feria tertia proxime praeterita unde
sciendo ad bona Prosanka antiqua ibidem Nobilem Zophiam
filiam olim Nobilis Adami Kobielski consortem Nobilis Alberti
Prosenski in totam et integram sortem in bonis Prosanka anti-
qua sittam eidem per Nobilem Joannem Kobielski fratrem suum germa-
num modo donatorio Coram actis praesentibus feria secunda intra
octavas festi sacratissimi corporis Christi domini in anno millesi-
mo sexcentesimo quadragesimo octavo recognita eiusdem
sortis areas hortos aedificia agros prata campos silvas gaios rubeta fla-
vios molendina nec non cunctas utilitates attinentias et pertinentias eiusdem
dem bonis quovismodo provenientias iuxta latiorem continentiam eiusmodi
inscriptionis ex libera admissione praefati recognoscentis nemineque alio
tam in bonis quam hic circa acta impugnante intromisit imis-
sit et in possessionem pacificam ac usum fructum contulit
de quo suam eam relationem fecit et recognovit

Eiusdem **Intromissio**

Ministerialis Regni Generalis Nobilis Benedictus Prosenski autenticus et iuratus officio
praesenti bene notus una cum Nobilibus Simone et Sigismundo Prosenski-
mi sibi gratia evidentioris testimonij adiunctis Coram officio praesenti personaliter
stans palam recognovit Quia feria tertia proxime praeterita sciendo se
ad bona Prosanka antiqua ibidem Nobilem Albertum olim Andreae Pro-
senski in bona videlicet duos pueros eidem per nobilem Michaelem
olim Boleslai Markowski modo cessionario coram actis praesentibus
feria secunda ante festum sanctorum Viti et Modesti martyrum
anno praesenti millesimo sexcentesimo quadragesimo nono
eorundemque puerorum cunctas utilitates attinentias ac pertinentias iuxta
latiorem continentiam eiusmodi inscriptionis sub nemineque alio tam
in bonis quam hic circa acta impugnante intromisit et immisit
et in pacificam possessionem contulit de quo suam relationem fecit

Markowo **Quietatio**

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens
Nobilis Michael filius Nobilis Alberti Prosenski de Prosan-
ka antiqua haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac
libere recognovit quia Nobilem Paulum Markowski de causa
et actione eidem in iudicio terrestri Branscensi facta et instituta
ob praedictam satisfactionem quietat et liberum facit